

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Joh. Jonstoni Thaumatographia Naturalis

Jonston, Jan

Amstelodami, 1661

Caput XXXII

urn:nbn:de:bsz:31-97032

Gillius Bufo ex suo trematus regeneratur cinere. At in Datiene, novi orbis provincia, ex guttis mancipiorum dextra cadentibus, dum irrigant pavimenta, illico gignitur. *Martyr* eas in pulices æstate convertit. Causam aëri caenoſo ac fecido adscribit. Si bacillo ſepiuſ verberetur, inflato corpore, vitus primo è clunibus exprimit, lacteis dein quibusdam guttis sudat. *Salvia* delectantur, candemque inficiunt. Hinc periculum, duorum amantium firmatum morte. Cum enim gin-givas foliis ejus sibi invicem confricarent, ſubito extinti sunt, sub effossa luridus bufo inventus. *Mizald. Memorab. Cent. 1. Aphorif. 1.* Similem historiam *Paracelsus* libro de Veneno cap. 2. 4. recenſet. Fridericus Dux Saxoniæ ad Sanguinem fistendum veru ligneo transfixum, & in umbra arefactum, involutum syndone, manu tenendam dedit, donec intra incaleſceret. Rationem *Gesnerus* in horrorem conſicit. *Borax* species eſt bufonis, fuſci coloris & maximè, ita ut cubitalis efficiatur magnitudinis in terra calidis: & ſolet aliquando parum ſuum in dorſo geſtare. In hujus fronte lapis invenitur. Interdum eſt albus, interdum fuſcus, qui probatur, ſi in medio citrinam obtinet guttam. Aliqui os tantum eſſe dicunt: aliqui ex viſcoſa illa ſpuma naſci, quam bufones verno tempore congregati efflant in caput alienus eximii. *Gesner. l. 2. de Oviparis*, ut lapidem eſſe credat, perſuaderi non potest. De Ranis qui plura voluerit *Libavii Batrachiorum libros* legat, inueniet.

C A P U T XXXII. DE RANGIFERO & RHINOCEROTE.

Rangiferum profert ſeptentrio, Norvegia præſertim ac Suecia, cervi ſpecie, corpore tamen maiore & insigni robore. Tres illi coenuum in capite ordines, ita ut in ſingulis bina ſint, & virgultis circumpoſitum videatur caput. Ex his duo majora cateris: perfectio-

RANDA
nus regenerata com-
puncta, et germinata
in igne pavimenta, u-
liles altas conve-
o adentur. Si hanc
ore, virus prima et
vulnus gressu late-
ficiunt. Hinc per
am morte. Curre
o confidare, fabri-
culo inventus. Mo-
si similem historiam
fecit. Fredericus Da-
a vero ligne transi-
rum syndote, mo-
tus deliceret. Ratione
us species est buto-
nalis efficiatur.
ter aliquando par-
tome lapis inventi-
ficus, qui probra-
am. Aliqui os can-
lla spuma rafci, o-
gregati efficiuntur
e Ovipari, uero
porelli. De Ran-
iorum libere lega-

Q U A D R U P E D U M . 329

nem, ubi attigere, cubitum quinque attingunt men-
suram, viginti & quinque conspicui ramis. *Albertus.*
Mulgentur, & tringita milliaria uno emetiuntur die.
Olaus. *Rhinoceros* Elephanto est pars magnitudine ani-
mal, unico in nate cornu, hinc nomen. Hoc vero mo-
dice inflexum tanti acuminis, ut ferrum & faxa pene-
tret. *Aelian.* Pellis ei praedensa crustis compacta squam-
matim, colore & figura testitudinis dixeris testam, tam
firmitatem, ut ægre cedat jaculo. Hostis est Elephanti. His
contra pugnaturus faxis cornu acuit, mox cuspidato E-
lephantu crura toto rictu subiens, alyum, quæ mollior,
petit, discerpitque eandem. Exemplum qui voluerit,
Camerarium in subcrista horis consulat.

C A P U T XXXIII.

DE SERPENTIBUS VARIIS.

IN Provincia Catajam, Tartariae regi subiecta, deceni-
passuum in longitudine sunt serpentes, decem crassi
palmos. Prioribus ali qui carent pedibus, unguis ho-
tum instrutis loco. Oculos tam grandes habent, ut duo-
rum panum quantitatem adæquent. Mite in meden-
do possent. A rabido enim cane aduersus, si vel unius
denarii pondere inde biberit statim sanatur. Et mu-
lier in partu laborans, si quantulumcumque inde gu-
staverit, mox partu exoneratur. *Paul.* *Venetus.* A-
mericus Vesputius vidit apud Indos quosdam qui in
cibum cedeant. Capreolorum illis erat magnitudo,
longitude sesquibrachium æquabant, pedes longi,
fortibus armati unguis, discolor pellis, serpentis
rostrum. A navibus ad extremam caudam seta quæ-
dam per tergum sic protendebatur, ut animalia ve-
ros serpentes autumaret. Similes Calecutum habet,
aprorum magnitudine, vastiori etiam aliquanto ca-
pite, pedum quatuor, veneno nullo, mortu no-
xi. *Ludov.* *Rom. in Navig.* His non dissimiles, in oc-
cidentalis Indiae insula Hispaniola, Hivana vocant.
Dorsu spinoso, capite cristato, aponi, quatuor
pedi-